Nostri, postquam pila in hostes misērunt, gladiis rem gerunt. Repente post tergum equitātus cernitur; cohortes appropinquant; hostes terga vertunt ac fugiunt; eis equites occurrunt. Fit magna caedes. Sedulius, dux et princeps Lemovīcum, occiditur; dux Arvernōrum vivus in fugā comprehenditur; signa militaria LXXIIII (septuaginta quattuor) ad Caesarem referuntur; magnus numerus hostium capitur atque interficitur; reliqui ex fugā in civitātes discēdunt. Postero die ad Caesarem legati mittuntur. Caesar iubet arma tradi ac principes prodūci. Ipse pro castris consēdit; eo duces producuntur. Vercingetorix deditur, arma proiciuntur.

**XVI
LECTIO
SEXTA DECIMA**

**Η ΤΕΛΕΥΤΑΙΑ ΜΑΧΗ
ΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΑ
ΣΤΗ ΓΑΛΑΤΙΑ**

**Caesar
De bello Gallico
7, 88-89
(επιλογή)**

**Caesar propter frumenti
inopiam legiōnes in hibernis
multis conlocat. Ex quibus
quattuor in Nerviiis hiemāre
iubet et tribus imperat in
Belgis remanēre. Legātos
omnes frumentum in castra
importāre iubet. Milites his
verbis admonet: «Hostes
adventāre audio; speculatōres
nostri eos prope esse
nuntiant. Vim hostium cavēre
debetis; hostes enim de
coilibus advolāre solent et
caedem militum perpetrāre
possunt».**

**VII
LECTIO SEPTIMA**

**ΕΤΟΙΜΑΣΙΕΣ
ΓΙΑ
ΞΕΧΕΙΜΩΝΙΑΣΜΑ**

**Caesar
De bello Gallico 5,24
(διασκευή)**

Omnia sunt excitanda tibi uni, C. Caesar, quae iacere sentis perculsa atque prostrata impetu belli ipsius, quod necesse fuit: constituenda iudicia, revocanda fides, comprimendae libidines, propaganda suboles; omnia quae dilapsa iam diffluxerunt, severis legibus vincienda sunt. In tanto civili bello, in tanto ardore animorum et armorum, quassata res publica multa perdidit et ornamenta dignitatis et praesidia stabilitatis suae; multaque uterque dux fecit armatus, quae idem togatus fieri prohibuisset. Quare subveniendum reipublicae est et omnia nunc belli vulnera tibi sananda sunt, quibus praeter te mederi nemo potest.

**XXXIII
LECTIO
TERTIA ET TRICESIMA**

**ΚΑΙΡΟΣ
ΓΙΑ
ΑΝΑΣΥΓΚΡΟΤΗΣΗ
(Καίσαρ – Πομπήιος)**

**Cicero
Pro Marcello 8
(με μικρές
αλλαγές)**

- Post bellum Actiacum **Cassius Parmensis**, qui in exercitu M. Antōnii fuerat, Athēnas confūgit. Ibi vix animum sollicitum somno dederat, cum repente apparuit ei species horrenda. Existimāvit ad se venīre hominem ingentis magnitudinis et facie squalidā, similem effigiēi mortui. Quem simul aspexit Cassius, timōrem concēpit nomenque eius audīre cupīvit. Respondit ille se esse Orcum. Tum terror Cassium concussit et e somno eum excitāvit. Cassius servos inclamāvit et de homine eos interrogāvit. Illi neminem viderant. Cassius iterum se somno dedit eandemque speciem somniāvit. Paucis post diēbus res ipsa fidem somnii confirmāvit. Nam Octaviānus supplicio capitis eum adfēcit.

XIV
LECTIO
QUARTA DECIMA

ΕΝΑ ΦΟΒΕΡΟ
ΟΝΕΙΡΟ

Valerius Maximus
Facta ac dicta
memorabilia
1,7,7
(διασκευή)

Porcia, Bruti uxor, cum viri sui consilium de interficiendo Caesare cognovisset, cultellum tonsorium quasi unguium resecandōrum causā poposcit eoque velut forte elapso se vulnerāvit. Clamōre deinde ancillārum in cubiculum vocātus **Brutus** ad eam obiurgandam vēnit quod tonsōris praeripuisset officium. Cui secrēto Porcia «non est hoc» inquit «temerarium factum meum, sed certissimum indicium amōris mei erga te tale consilium molientem: experīri enim volui, quam aequo animo me ferro essem interemptūra, si tibi consilium non ex sententiā cessisset».

XLIX
LECTIO
UNDEQUINQUAGESIMA

Η ΠΟΡΚΙΑ
ΚΑΙ
Ο ΒΡΟΥΤΟΣ

Valerius Maximus
Facta ac dicta
memorabilia
4,3,5
(με ορισμένες
αλλαγές)

In eum locum res deducta est, ut, nisi qui deus vel casus aliqui subvenerit, salvi esse nequeāmus. Equidem, ut vēni ad urbem, non destiti omnia et sentīre et dicere et facere, quae ad concordiam pertinērent; sed tantus furor omnes invaserat, ut pugnāre cuperent, etsi ego clamābam nihil esse bello civili miserius. Omnia sunt misera in bellis civilibus, sed nihil miserius quam ipsa victoria: ea victōres ferociōres impotentioresque reddit, ut, etiamsi natūrā tales non sint, necessitāte esse cogantur. Bellōrum enim civilium exitus tales sunt semper, ut non solum ea fiant, quae velit victor, sed etiam ut victor obsequātur iis, quorum auxilio victoria parta sit.

**XXXVII
LECTIO
SEPTIMA ET
TRICESIMA**

**Η ΚΑΤΑΡΑ
ΤΩΝ
ΕΜΦΥΛΙΩΝ
ΠΟΛΕΜΩΝ**

Cicero
Ad familiares
16,12,1 και 12,18,2
(επιλογή και
διασκευή)

**Haec est tyrannōrum vita, in quā
nulla fides, nulla caritas, nulla
fiducia benevolentiae stabilis esse
potest: tyrannis omnia semper
suspecta atque sollicita sunt;
nullus locus amicitiae eis est.
Nescio enim quis possit diligere
eum, quem metuat, aut eum, a quo
se metui putet. Coluntur tamen
simulatiōne dumtaxat ad tempus.
Quodsi forte, ut fit plerumque,
cecidērunt, tum intellegitur, quam
fuerint inopes amicōrum. Hoc est
quod Tarquinius dixisse ferunt
exulantem: «Tum intellexi, quos
fīdos amīcos habuissem, quos
infīdos, cum iam neutris gratiam
referre poteram».**

**XLIV
LECTIO
QUARTA ET QUADRAGESIMA**

**Η ΖΩΗ
ΤΩΝ
ΤΥΡΑΝΝΩΝ**

**Cicero
De amicitia 52
(με ελάχιστες
αλλαγές)**



Οκταβιανός Αύγουστος

31 π.Χ. - 14 μ.Χ.

**Iulia, Augusti filia, matūre habēre
coeperat canos, quos legere
secrete solēbat. Hac re auditā
Augustus voluit filiam deterrēre
quominus id faceret. Eo consilio
aliquando repente intervēnit
oppressitque ornatrices. Etsi super
vestem eārum deprehendit canos,
tamen Augustus dissimulāvit eos
vidisse et aliis sermonibus tempus
extraxit, donec induxit mentiōem
aetātis. Tum interrogāvit filiam,
utrum post aliquot annos cana esse
mallet an calva. Cum illa
respondisset «ego, pater, cana
esse malo», mendacium illi pater
obiēcit: «Non dubito quin calva
esse nolis. Quid ergo non times nē
istae te calvam faciant?»**

XLVII LECTIO

SEPTIMA ET QUADRAGESIMA

**Ο ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ
ΚΑΙ Η ΦΙΛΑΡΕΣΚΕΙΑ
ΤΗΣ ΚΟΡΗΣ ΤΟΥ
ΙΟΥΛΙΑΣ**

Macrobius
***Saturnalia* 2,5,7**
(με ορισμένες
αλλαγές)

Ovidius poēta in terrā Ponticā
exulat. Epistulas Rōmam
scriptitat. Epistulae plenae
querelārū sunt. Rōmam
desiderat et fortūnam
adversam deplōrat. Narrat de
incolis barbaris et de terrā
gelidā. Poētam curae et
miseriae excruciant. Epistulis
contra iniuriam repugnat.
Musa est unica amīca poētae.

I **LECTIO PRIMA**

**Ο ΕΞΟΡΙΣΤΟΣ
ΠΟΙΗΤΗΣ**

(Οβίδιος)

(πλαστό κείμενο)

**Claudius quinquagesimo anno
aetātis suae imperium cēpit
mirabili quodam casu. Exclūsus
ab insidiatōribus Caligulae,
recesserat in diaetam, cui nomen
est Hermaeum. Paulo post
rumōre caedis exterritus
prorepsit ad solarium proximum
et inter vela praetenta foribus se
abdedit. Discurrens miles pedes
eius animadvertit; eum latentem
adgnōvit; extractum
imperatōrem eum salutāvit. Hinc
ad commilitōnes suos eum
adduxit. Ab his in castra delātus
est tristis et trepidus, dum obvia
turba quasi moritūrum eum
miserātur. Postero die Claudius
imperātor factus est.**

**XX
LECTIO VICESIMA**


**ΠΙΣΩ ΑΠΟ ΤΙΣ
ΚΟΥΡΤΙΝΕΣ
Ή ΠΩΣ Ο ΚΛΑΥΔΙΟΣ
ΕΓΙΝΕ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΣ**

**Suetonius
Claudius 10
(διασκευή)**

Β. Ρωμαϊκά Γράμματα – Σχέση με την ελληνική γλώσσα και τον ελληνικό πολιτισμό

Περίοδοι Λογοτεχνίας:

- Προκλασική εποχή
- Κλασική εποχή:
 - Χρόνοι του Κικέρωνα
 - Χρόνοι του Αυγούστου
- Μετακλασική εποχή
- Ύστερη αρχαιότητα



Ο ελληνικός κόσμος τον 3^ο αι. π.Χ.



**Ο ελληνικός
αποικισμός**

της

**Ιταλίας και
Σικελίας**

7ος - 4ος π.Χ. αι.



Lapis Satricanus

**Από τις αρχαιότερες λατινικές επιγραφές,
6^{ος} αι. π.Χ. Βρέθηκε νότια της Ρώμης.
Συγκρίνετε με το ελληνικό αλφάβητο.**



240 π.Χ.

**Γενέθλιος ημέρα
Λατινικής
Λογοτεχνίας**

Livius Andronicus

Σχέση με την ελληνική λογοτεχνία:

IMITATIO: δημιουργική πρόσληψη – μίμηση

και

AEMULATIO: ανταγωνισμός

Cum P. Cornēlius Nasīca ad **Ennium** poētam venisset eique ab ostio quaerenti Ennium ancilla dixisset eum domi non esse, Nasīca sensit illam domini iussu id dixisse et illum intus esse. Accipe nunc quid postea Nasīca fecerit. Paucis post diēbus cum Ennius ad Nasīcam venisset et eum a ianuā quaereret, exclamāvit Nasīca se domi non esse, etsi domi erat. Tum Ennius indignātus quod Nasīca tam aperte mentiebātur: «Quid?» inquit «Ego non cognosco vocem tuam?» Visne scire quid Nasīca responderit? «Homo es impudens. Ego cum te quaererem, ancillae tuae credidi te domi non esse; tu mihi ipsi non credis?»

XXIV
LECTIO
QUARTA ET VICESIMA

ΤΟ ΠΑΘΗΜΑ
ΕΝΟΣ ΨΕΥΤΗ

Cicero
***De Oratore* 2,276**
(με ορισμένες
αλλαγές)

Cum **Accius** ex urbe Rōmā
Tarentum venisset, ubi **Pacuvius**
grandi iam aetāte recesserat,
devertit ad eum. Accius, qui multo
minor natu erat, tragoediam suam,
cui «Atreus» nomen est, ei
desideranti lēgit. Tum Pacuvius
dixit sonōra quidem esse et grandia
quae scripsisset, sed vidēri tamen
ea sibi duriōra et acerbiōra. «Ita
est» inquit Accius «ut dicis; neque
id me sane paenitet; meliōra enim
fore spero, quae deinceps scribam.
Nam quod in pomis est, idem esse
aiunt in ingeniis: quae dura et
acerba nascuntur, post fiunt mitia
et iucunda; sed quae gignuntur
statim viēta et mollia, non matūra
mox fiunt sed putria».

XXVII
LECTIO
SEPTIMA ET VICESIMA

ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ
ΩΡΙΜΑΖΕΙ
ΟΠΩΣ ΟΙ ΚΑΡΠΟΙ

Aulus Gellius
Noctes Atticae
13,2

(με ορισμένες
αλλαγές)

ΡΩΜΗ, 2^{ος} αι. π.Χ.:

ΑΝΘΕΛΛΗΝΙΚΗ ΣΤΑΣΗ

Άποψη ότι τα ελληνικά ήθη
και ο ελληνικός πολιτισμός
διέφθειραν τα χρηστά
ρωμαϊκά ήθη που
επικρατούσαν μέχρι τότε
(*mos maiorum*)

Κυριότερος εκπρόσωπος:
Marcus Porcius Cato

ΦΙΛΕΛΛΗΝΙΚΗ ΣΤΑΣΗ

Θαυμασμός για τον ελληνικό
πολιτισμό
και
προσαρμογή του στη ρωμαϊκή
πραγματικότητα

Κυριότερος εκπρόσωπος:
Lucius Aemilius Paulus

[Αργότερα, οι αυτοκράτορες:
Νέρων
Αδριανός
Μάρκος Αυρήλιος]

**Apud antiquos Rōmānos
concordia maxima sed
avaritia minima erat.
Rōmāni in suppliciis
deōrum magnifici sed
domi parci erant. Iustitiā
inter se certābant et
patriam curābant. In
bello pericula audaciā
propulsābant et
beneficiis amicitias
parābant. Delecti
consultābant patriae; eis
corpus ex annis
infirmum sed ingenium
propter sapientiam
validum erat.**

**IV
LECTIO QUARTA**

**ΤΑ ΗΘΗ ΤΩΝ
ΑΡΧΑΙΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ**

**Sallustius
*De Catilinae
coniuratione***

**6 και 9
(επιλογή)**

Manius Curius Dentātus maximā frugalitāte utebātur, quo facilius divitias contemnere posset. Die quodam Samnitium legāti ad eum venērunt. Ille se in scamno assidentem apud focum et ex ligneo catillo cenantem eis spectandum praebuit. Samnitium divitias contempsit et Samnītes paupertātem eius mirāti sunt. Nam cum ad eum magnum pondus auri publice missum attulissent, ut eo uterētur, vultum risu solvit et protinus dixit: «Supervacaneae, nē dicam ineptae, legatiōnis ministri, narrāte Samnitibus Manium Curium malle locupletibus imperāre quam ipsum fieri locuplēm; et mementōte me nec acie vinci nec pecuniā corrumpi posse».

**XXXVI
LECTIO
SEXTA ET TRICESIMA**

**ΜΙΑ ΑΠΟΠΕΙΡΑ
ΔΩΡΟΔΟΚΙΑΣ**

Valerius Maximus
*Facta ac dicta
memorabilia*
4,3,5
(με ορισμένες
αλλαγές)

**Imitēmur nostros Brutos, Camillos,
Decios, Curios, Fabricios,
Scipiōnes, innumerabiles alios qui
hanc rem publicam stabilivērunt;
quos equidem in deōrum
immortalium coëtu ac numero
repōno. Amēmus patriam,
pareāmus senatui, consulāmus
bonis; praesentes fructus
neglegāmus, posteritātis gloriae
serviāmus; id esse optimum
putēmus, quod est rectissimum;
sperēmus quae volumus, sed
ferāmus quod acciderit; arbitrēmur
denique corpus virōrum fortium
magnorumque hominum esse
mortāle, animi vero motus et
virtūtis gloriam sempiternam esse.**

**XXII
LECTIO
ALTERA ET VICESIMA**

**ΠΡΟΤΡΟΠΕΣ
ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ
ΡΩΜΑΙΟΥΣ**

**Cicero
Pro Sestio 143
(ελάχιστες
αλλαγές)**

Hic vero, iudices, et fuit in Asiā et viro fortissimo, patri suo, magno adiumento in periculis, solacio in laboribus, gratulatiōni in victoriā fuit. Et si habet Asia suspiciōnem quandam luxuriae, Murēnam laudāre debēmus, quod Asiam vidit sed in Asiā continenter vixit. Quam ob rem accusatōres non Asiae nomen Murēnae obiecerunt, ex quā laus familiae, memoria generi, honos et gloria nomini constitūta est, sed aliquod flagitium ac dedecus aut in Asia susceptum aut ex Asiā deportātum. Meruisse vero stipendia in eo bello virtūtis fuit; patre imperatōre libentissime meruisse pietātis fuit; finem stipendiōrum patris victōriam ac triumphum fuisse felicitātis fuit.

XXX
LECTIO TRICESIMA

**Ο ΛΙΚΙΝΙΟΣ ΜΟΥΡΗΝΑΣ
ΚΑΙ ΤΑ ΗΘΗ
ΤΗΣ ΑΝΑΤΟΛΗΣ**

Cicero
***Pro Murena* 12**
(με ορισμένες
αλλαγές)

Cato attulit quodam die in curiam ficum praecocem ex Carthagine ostendensque patribus «Interrogo vos» inquit «quando hanc ficum decerptam esse putētis ex arbore». Cum omnes recentem esse dixissent, «Atqui ante tertium diem» inquit «scitōte decerptam esse Carthagine. Tam prope a muris habēmus hostem! Itaque cavēte periculum, tutamini patriam. Opibus urbis nolite confidere. Fiduciam, quae nimia vobis est, deponite. Neminem credideritis patriae consultūrum esse, nisi vos ipsi patriae consulueritis. Mementōte rem publicam in extrēmo discrimine quondam fuisse!» Statimque sumptum est Punicum bellum tertium, quo Carthāgo delēta est.

XXV
LECTIO
QUINTA ET VICESIMA

**ΠΩΣ ΕΝΑ ΣΥΚΟ
ΣΤΑΘΗΚΕ ΑΦΟΡΜΗ
ΝΑ ΚΑΤΑΣΤΡΑΦΕΙ
Η ΚΑΡΧΗΔΟΝΑ**

(Marcus Porcius Cato)

Plinius
Historia Naturalis
15, 74-75
(διασκευή)

L. Aemilio Paulo consuli iterum bellum cum Perse rege gerere obtigit. Ut domum ad vesperum rediit, filiola eius Tertia, quae tum erat admodum parvula, ad complexum patris cucurrit. Pater filiae osculum dedit sed animadvertit eam esse tristiculam. «Quid est» inquit «mea Tertia? Cur tristis es? Quid tibi accidit?» «Mi pater» respondit illa «Persa periit». Perierat enim catellus eo nomine, quem puella multum amābat. Tum pater Tertiae dixit «omen accipio». Sic ex fortuito dicto spem praeclāri triumphī animo praesumpsit.

XII **LECTIO DUODECIMA**

Ο ΥΠΑΤΟΣ
ΑΙΜΙΛΙΟΣ ΠΑΥΛΟΣ
ΚΑΙ ΤΟ
ΣΚΥΛΑΚΙ
ΤΗΣ ΚΟΡΗΣ ΤΟΥ

Cicero
De divinatione
1,103
(διασκευή)

Pleni omnes sunt libri, plenae sapientium voces, plena exemplōrum vetustas; quae iacērent in tenebris omnia, nisi litterārum lumen accederet. Quam multas imagines fortissimōrum virorum -non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum- scriptōres et Graeci et Latīni nobis reliquērunt! Quas ego, cupidus bene gerendi et administrandi rem publicam, semper mihi proponēbam. Colendo et cogitando homines excellentes animum et mentem meam conformābam. Sic enim -laudem et honestātem solum expetendo, omnes cruciātus corporis et omnia pericula mortis parvi esse ducendo- me pro salūte vestrā in tot ac tantas dimicatiōnes obicere potui.

**XXXII
LECTIO
ALTERA ET TRICESIMA**

**ΕΝΑΣ ΠΑΝΗΓΥΡΙΚΟΣ
ΤΗΣ
ΛΟΓΟΤΕΧΝΙΑΣ**

**Cicero
Pro Archia poeta 14
(διασκευή)**

Κέντρα Ελληνισμού

→ Αθήνα



→ Αλεξάνδρεια



→ Ρόδος



Caesar ex captivis cognoscit quae apud Cicerōnem gerantur quantōque in periculo res sit. Tum cuidam ex equitibus Gallis persuādet ut ad Cicerōnem epistulam deferat. Curat et providet nē, interceptā epistulā, nostra consilia ab hostibus cognoscantur. Quam ob rem epistulam conscriptam Graecis litteris mittit. Legātum monet ut, si adīre non possit, epistulam ad amentum tragulae adliget et intra castra abiciat. In litteris scribit se cum legionibus celeriter adfore. Gallus, periculum veritus, constituit ut tragulam mitteret. Haec casu ad turrim adhaesit et tertio post die a quodam milite conspicitur et ad Cicerōnem defertur. Ille epistulam perlegit militesque adhortātur ut salūtem sperent.

XLV
LECTIO
QUINTA ET QUADRAGESIMA

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΤΑ
ΕΛΛΗΝΙΚΑ
ΑΝΑΠΤΕΡΩΝΕΙ
ΤΟ ΗΘΙΚΟ
ΤΩΝ ΠΟΛΙΟΡΚΗΜΕΝΩΝ

Caesar
De bello Gallico
1, 39
(διασκευή)

Ad Quintum fratrem, I,9,27-28 (μετάφραση):

- Τι συμβουλεύει ο Κικέρωνας τον αδελφό του Κόιντο, διοικητή της ρωμαϊκής επαρχίας της Μ. Ασίας το 60 π.Χ.;
- Σε τι συμπέρασμα καταλήγουμε για τη στάση των Ρωμαίων απέναντι στα ελληνικά γράμματα και τον ελληνικό πολιτισμό;

Ας υποθέσουμε ότι ήσουν διοικητής σε κάποια γαλατική, ισπανική ή αφρικανική επαρχία, όπου ο κόσμος είναι απαίδευτος και κοινωνικά καθυστερημένος, με μια λέξη «βάρβαρος». Στην περίπτωση αυτή θα προσπαθούσες να επιβάλεις μια στοιχειώδη τάξη και να δημιουργήσεις, όσο περνούσε από το χέρι σου, τις προϋποθέσεις για τη βελτίωση του επιπέδου αυτών των λαών. Αυτό επιτάσσουν οι ανθρωπιστικές μας παραδόσεις...

Ο τόπος όμως που διοικείς έχει μια ξεχωριστή ιστορία. Ο πολιτισμός, αν μπορώ να το πω έτσι, είναι ελληνική εφεύρεση. Η παιδεία έχει ελληνικές ρίζες και από αυτές τραφήκαμε κι εμείς ως έθνος. Δεν θα διστάσω ποτέ να ομολογήσω ότι το λαμπρό οικοδόμημα της Ρώμης δεν θα μπορούσε να υψωθεί χωρίς τη συμβολή του ελληνικού πολιτισμού, και ότι όσα πετύχαμε εμείς οι Ρωμαίοι τα πετύχαμε υιοθετώντας την εκπαίδευση, την τέχνη και τις επιστήμες των Ελλήνων. Γι' αυτούς τους λόγους, είμαστε σήμερα ηθικά υποχρεωμένοι να αντιμετωπίσουμε τους Έλληνες με τον σεβασμό που μας δίδαξαν και που αρμόζει στη μεγάλη τους ιστορία, και να ξεπληρώσουμε κατά κάποιο τρόπο το χρέος μας απέναντί τους.

Ad Atticum 7,11,1: Τι παρατηρείτε στην πιο κάτω επιστολή του Κικέρωνα στον φίλο του Αττικό;


O hominem amentem et miserum qui ne umbram quidem umquam τοῦ καλοῦ viderit! atque haec ait omnia facere se dignitatis causa. ubi est autem dignitas nisi ubi honestas? honestum igitur habere exercitum nullo publico consilio, occupare urbis civium quo facilius sit aditus ad patriam, χρεῶν ἀποκοπὰς, φυγάδων καθόδους, sescenta alia scelera moliri, τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ' ἔχειν τυραννίδα?

Ρωμαϊκά Γράμματα
Σχέση με την Ελλάδα
(*Imitatio – Aemulatio*)

Hor. *Epist.* 2.1.156:

***Graecia capta ferum victorem cepit
et artes intulit agresti Latio.***

Marcus Tullius Cicero
(106 – 43 π.Χ.)



ΡΗΤΟΡΙΚΟΙ ΛΟΓΟΙ

Pro Cluentio VI

Pro Sestio XXII

Pro Murena XXX

Pro Archia poeta XXXII

Pro Marcello XXXIII

In Catilinam XLII

ΡΗΤΟΡΙΚΕΣ ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΕΣ

De Oratore XXIV

ΦΙΛΟΣΟΦΙΚΑ ΕΡΓΑ

De divinatione XII

De amicitia XLIV

De finibus XLVI

ΕΠΙΣΤΟΛΕΣ

Ad Quintum fratrem XXVIII

Ad familiares XXXVII

Julius Caesar

(100 – 44 п.Х.)



De bello Gallico

**VII, XV, XVI,
XVII, XLV**

Cornelius Nepos

(110 - 25 n.X.)



*Excellentium
imperatorum vitae,
Hannibal*

XI


Gaius Sallustius Crispus

(1^{ος} αι. π.Χ.)



***De Catilinae
coniuratione
(επιλογή)***

IV




Οκταβιανός Αύγουστος



Γάιος Μαικήνας

Publius Vergilius Maro

(70-19 π.Χ.)



Aeneis

[II]

Χ (διασκευή)

**Silius Italicus, poēta
epicus, vir clarus erat. XVII
(septendecim) libri eius de
bello Punico secundo
pulchri sunt. Ultimis annis
vitae suae in Campaniā se
tenēbat. Multos in illis locis
agros possidēbat. Silius
animum tenerum habēbat.
Gloriae Vergili studēbat
ingeniumque eius fovēbat.
Eum ut puer magistrum
honorābat. Monumentum
eius, quod Neapoli iacēbat,
pro templo habēbat.**

**V
LECTIO QUINTA**

**ΕΝΑΣ 'ΛΑΤΡΗΣ'
ΤΟΥ
ΒΙΡΓΙΛΙΟΥ**

**Plinius
Epistulae 3,7,4-8
(διασκευή)**

Titus Livius
(64/59 π.Χ.-17 μ.Χ.)



Ab urbe condita

XVIII, XXXI, XLIII

Lucius Annaeus Seneca (4 π.Χ.–65 μ.Χ.)



*Consolationes,
Ad Helviam matrem*

XXXV

Epistulae morales

XXXIX

Σενέκας και Νέρωνας

Unum fuisse Homēro servum, tres
Platōni, nullum Zenōni tradunt. Nemo
vero eos miserētur, quod infelicit
vixerint. Menēnius Agrippa, qui inter
patres ac plēbem publicae gratiae
sequester fuit, aere collāto funerātus
est. Atilius Rēgulus, cum Poenos in
Africā funderet, ad sentum scripsit
mercenarium suum discessisse et ab
eo desertum esse rus; id senatui
publice curārī placuit, quoniam
Rēgulus aberat. Scipiōnis filiae ex
aerario dotem accepērunt, quia nihil
illis reliquerat pater. Aequum
mehercule erat populum Rōmānum
tribūtum Scipiōni conferre, cum a
Carthagine semper tribūtum ipse
exigeret. O felices viros puellārum,
quibus populus Rōmānus loco soceri
fuit!

XXXV
LECTIO
QUINTA ET TRICESIMA

Ο ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ
ΜΠΡΟΣΤΑ ΣΤΑ ΔΕΙΝΑ
ΤΗΣ ΕΞΟΡΙΑΣ

Seneca
Consolatio ad
Helviam 12, 4-6
(διασκευή)

**Sapientem nec paupertas nec dolor
prohibet, nec eae res, quae
imperitos avertunt et praecipites
agunt. Tu illum premi putas malis?
Utitur! Non ex ebore tantum
Phidias sciēbat facere simulacra; ex
aere quoque faciēbat. Si marmor illi
obtulisses, si viliōrem materiam,
fecisset tale, quale ex illā fieri
optimum posset. Eōdem modo
sapiens virtūtem, si licēbit, in
divitiis explicābit, si minus, in
paupertāte; si poterit, in patriā, si
minus, in exilio; si poterit,
imperātor, si minus, miles; si
poterit, integer, si minus, debilis.
Quamcumque fortūnam acceperit,
aliquid ex illa memorabile efficiet.**

**XXXIX
LECTIO
UNDEQUADRAGESIMA**

**ΕΝΑ ΠΡΟΤΥΠΟ
ΙΔΑΝΙΚΟΥ ΑΝΘΡΩΠΟΥ**

**Seneca
Epistulae
85, 39-40**

Valerius Maximus (1ος αι. μ.Χ.)



***Facta et dicta
memorabilia***

**XIII, XIV, XXXIV, XXXVI,
XXXVIII, XL, XLIX, L**

Gaius Plinius Secundus

(23 μ.Χ.-25/8/79 μ.Χ.)



Historia Naturalis

XXV

Gaius Plinius Caecilius Secundus (61-113 μ.X.)



Epistulae

V, VIII, XXIII, XXVI

C. Plinius Marcellino suo salūtem.

**Tristissimus haec tibi scribo:
Fundāni nostri filia minor mortua
est. Eā puellā nihil umquam
festivius, nihil amabilius nec
longiōre vitā dignius vidi.
Nondum annos XIII impleverat,
et iam illi anīlis prudentia,
matronālis gravitas erat et tamen
suavitas puellāris. Ut illa patris
cervicibus inhaerēbat! ut nos
amīcos paternos et amanter et
modeste complectebātur! ut
nutrīces, ut paedagōgos, ut
praeceptōres diligēbat! quam
studiōse, quam intellegenter
lectitābat! ut parce ludēbat! Quā
illa patientiā, quā etiam
constantīā novissimam
valetudinem tulit!**

**XXVI
LECTIO
SEXTA ET VICESIMA**

**Ο ΠΛΙΝΙΟΣ
ΑΝΑΓΓΕΛΛΕΙ
ΕΝΑ ΘΛΙΒΕΡΟ
ΓΕΓΟΝΟΣ**

**Plinius
Epistulae 5,16
(με ελάχιστες
αλλαγές)**

Gaius Suetonius Tranquillus

(1^{os} - 2^{os} al. μ.X.)



De viris illustribus

XX

Aulus Gellius

(2^{os} al. μ.X.)



Noctes Atticae

XXVII, XLI, XLVIII

**Curius et Fabricius, antiquissimi viri,
et his antiquiōres Horatii plane ac
dilucide cum suis locūti sunt; non
Sicanōrum aut Pelasgōrum, qui primi
coluisse Italiam dicuntur, sed aetātis
suae verbis utebantur. Tu autem,
proinde quasi cum matre Evandri
nunc loquāris, sermōne abhinc multis
annis iam obsoletō uteris, quod
neminem scire atque intellegere vis,
quae dicas. Quin, homo inepte, taces,
ut consequāris, quod vis? Sed
antiquitātem tibi placēre dicis, quod
honestā et bonā et modestā sit. Sic
ergo vive, ut viri antīqui, sed sic
loquere, ut viri aetātis nostrae; atque
id quod a C. Caesare scriptum est,
habe semper in memoriā et in
pectore: «tamquam scopulum, sic
fugias verbum insolens atque
inaudītum».**

**XLI
LECTIO
PRIMA ET QUADRAGESIMA**

**ΜΙΛΑ ΓΙΑ ΝΑ ΣΕ
ΚΑΤΑΛΑΒΑΙΝΟΥΝ,
ΟΧΙ ΓΙΑ ΝΑ ΜΙΛΑΣ**

**Aulus Gellius
Noctes Atticae
1,10**

(με ελάχιστες
αλλαγές)

Eutropius

(4^{ος} αι. μ.Χ.)



Breviarium Historiae Romanae

IX, XIX

Servius

(4^{os} al. μ.Χ.)



In Vergilii Aeneidem Commentarii

XXI

Macrobius (5^{ος} αι. μ.Χ.)



Saturnalia

XXIX, XLVII

Μυθολογία των Ρωμαίων – Σχέση με την ελληνική μυθολογία

- ❖ Ταύτιση θεών με τους ελληνικούς – αντίστοιχες ιδιότητες (Neptunus, Minerva, Diana, Orcus, Iupiter, Venus, Iuno, Saturnus κτλ)
- ❖ Υιοθέτηση ελληνικών μύθων

ΣΗΜΑΝΤΙΚΟ: διάσωση – διάδοση ελληνικών μύθων

ΟΜΩΣ:

- ❖ Ρωμαϊκή οπτική γωνία (χαρακτήρας θεών, σκοπός μύθων κτλ)
- ❖ Ιδρυτικοί μύθοι Ρώμης (Aeneas, Hercules) – ιδεολογικό πρόγραμμα Οκταβιανού Αυγούστου

**Cēpheus et Cassiope
Andromedam filiam habent.
Cassiope, superba formā suā,
cum Nymphis se comparat.
Neptūnus irārtus ad oram
Aethiopiae urget beluam
marīnam, quae incolis nocet.
Oraculum incolis respondet:
«regia hostia deo placet!» Tum
Cēpheus Andromedam ad
scopulum adligat; belua ad
Andromedam se movet. Repente
Perseus calceis pennātis advolat;
puellam videt et stupet formā
puellae. Perseus hastā beluam
delet et Andromedam liberat.
Cēpheus, Cassiope et incolae
Aethiopiae valde gaudent.**

III LECTIO TERTIA

Η ΠΕΡΙΠΕΤΕΙΑ ΤΗΣ ΑΝΔΡΟΜΕΔΑΣ

(πλαστό κείμενο)

**Hercules boves Geryōnis ex
Hispaniā in eum locum adduxisse
dicitur, ubi postea Rōmulus urbem
Rōmam condidit. Prope Tiberim
fluvium Hercules boves refecisse
fertur et ipse de viā fessus ibi
dormivisse. Tum Cacus pastor,
fretus viribus, boves quosdam in
speluncam caudis traxit aversos.
Ubi Hercules, e somno excitātus,
gregem aspexit et partem abesse
sensit, pergit ad proximan
speluncam; sed postquam boum
vestigia foras versa vidit, confūsus
gregem ex loco infesto amovēre
coepit. Sed bovim mugītus ex
speluncā audītus Herculem
convertit. Tum Cacus, vi prohibēre
eum conātus, Herculis clavā
interficitur.**

**XVIII
LECTIO
DUODEVICESIMA**

**Ο ΗΡΑΚΛΗΣ
ΣΤΗΝ
ΙΤΑΛΙΑ**

**Titus Livius
Ab urbe condita
1.7.4-8
(διασκευή)**

**ΑΛΛΕΣ ΠΤΥΧΕΣ ΜΕΛΕΤΗΣ (ενδεικτικά)
ΜΕ ΒΑΣΗ ΤΟ ΣΧΟΛΙΚΟ ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟ:
(συσχετισμός με Μαθήματα)**

- Κοινωνική ζωή – Θρησκευτική ζωή
- Πολιτισμικές αξίες – Ιδεολογία

π.χ.:

- **Άγνοια / Δεισιδαιμονίες / Οίωνοι / Ονειρομαντεία: XII, XIII, XIV, XVII, XXXVIII, XLVIII**
- **Οικογένεια: II, XII, XXIII, XXVI, XLIII, XLVII, XLIX**
- **Γυναίκα / γυναικεία αρετή: IX, XXIII, XXVI, XLVII, XLIX**
- **Θρησκευτικότητα: IV, VIII, X, XXXVIII**
- **Ασχολίες: VIII, XXIX**
- **Εξορία: I, XXI, XXXV, XXXIX, XLIV, XLVII**
- **Πτυχές του mos maiorum: IV, XI, XXII, XXX, XXXVI**
- **Στρατός / πειθαρχία: XXXI**
- **Νόμοι / Δικαιοσύνη: IV, VI, XLVI**

Magnus timor exercitum occupāvit ex vocibus Gallōrum ac mercatōrum, qui Germānos ingenti magnitudine corporum et incredibili virtūte esse praedicābant. Alius aliā de causā discedere cupiēbat. Nonnulli pudōre adducti remanēbant. Hi neque vultum fingere neque lacrimas tenēre poterant; abditi in tabernaculis aut suum fatum querebantur aut cum familiaribus suis commūne periculum miserabantur. Totis castris testamenta obsignabantur. Horum vocibus ac timōre paulātim etiam ii, qui rei miliātris perīti habebantur, perturbabantur.

**XVII
LECTIO
SEPTIMA DECIMA**

**ΦΟΒΟΣ
ΜΠΡΟΣΤΑ
ΣΤΟ ΑΓΝΩΣΤΟ**

**Caesar
De bello Gallico
1, 39
(διασκευή)**

Sulpicius Gallus legātus Luci Aemili Pauli erat, qui bellum adversus Persen regem gerēbat. Serēnā nocte subito luna defecerat; ob repentinum monstrum terror animos militum invaserat et exercitus fiduciam amiserat. Tum Sulpicius Gallus de caeli ratiōne et de stellārum lunaeque statu ac motibus disputāvit eōque modo exercitum alacrem in pugnam misit. Sic liberāles artes Galli aditum ad illustrem illam Pauliānam victoriam dedērunt. Quia ille metum exercitus Rōmāni vicerat, imperātor adversarios vincere potuit!

**XIII
LECTIO
TERTIA DECIMA**

**ΠΩΣ Η ΓΝΩΣΗ
ΝΙΚΗΣΕ ΤΗ
ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΙΑ**

Valerius Maximus
*Facta ac dicta
memorabilia*
8,11,1
(διασκευή)

L. Aemilio Paulo consuli iterum bellum cum Perse rege gerere obtigit. Ut domum ad vesperum rediit, filiola eius Tertia, quae tum erat admodum parvula, ad complexum patris cucurrit. Pater filiae osculum dedit sed animadvertit eam esse tristiculam. «Quid est» inquit «mea Tertia? Cur tristis es? Quid tibi accidit?» «Mi pater» respondit illa «Persa periit». Perierat enim catellus eo nomine, quem puella multum amābat. Tum pater Tertiae dixit «**omen** accipio». Sic ex fortuito dicto spem praeclāri triumphī animo praesumpsit.

XII **LECTIO DUODECIMA**

Ο ΥΠΑΤΟΣ
ΑΙΜΙΛΙΟΣ ΠΑΥΛΟΣ
ΚΑΙ ΤΟ
ΣΚΥΛΑΚΙ
ΤΗΣ ΚΟΡΗΣ ΤΟΥ

Cicero
De divinatione
1,103
(διασκευή)

Caecilia, uxor Metelli, dum more
prisco **omen** nuptiāle petit filiae
sorōris, ipsa fēcit omen. Nam in
sacello quodam nocte cum sorōris
filiā persedēbat expectabatque
dum aliqua vox congruens
proposito audirētur. Tandem
puella, longā morā standi fessa,
rogāvit materteram, ut sibi
paulisper loco cederet. Tum
Caecilia puellae dixit: «ego
libenter tibi meā sede cedo». Hoc
dictum paulo post res ipsa
confirmāvit. Nam mortua est
Caecilia, quam Metellus, dum
vixit, multum amāvit; postea is
puellam in matrimonium duxit.

**XXXVIII
LECTIO
DUODEQUADRAGESIMA**

**Η ΜΟΙΡΑ
ΤΗΣ
ΚΑΙΚΙΛΙΑΣ**

Valerius Maximus
*Facta ac dicta
memorabilia*
1,5,4
(διασκευή)

Post bellum Actiacum Cassius Parmensis, qui in exercitu M. Antōnii fuerat, Athēnas confūgit. Ibi vix animum sollicitum somno dederat, cum repente apparuit ei species horrenda. Existimāvit ad se venīre hominem ingentis magnitudinis et facie squalidā, similem effigiēi mortui. Quem simul aspexit Cassius, timōrem concēpit nomenque eius audire cupīvit. Respondit ille se esse Orcum. Tum terror Cassium concussit et e somno eum excitāvit. Cassius servos inclamāvit et de homine eos interrogāvit. Illi neminem viderant. Cassius iterum se somno dedit eandemque speciem somniāvit. Paucis post diēbus res ipsa fidem somnii confirmāvit. Nam Octaviānus supplicio capitis eum adfēcit.

XIV **LECTIO QUARTA DECIMA**

ΕΝΑ ΦΟΒΕΡΟ
ΟΝΕΙΡΟ

Valerius Maximus
Facta ac dicta
memorabilia
1,7,7
(διασκευή)

Cerva alba eximiae pulchritūdinis Sertōrio a Lusitāno quodam dono data erat. Sertōrius omnibus persuāsit cervam, instinctam numine Diānae, conloqui secum et docēre, quae utilia factu essent. Si quid durius ei videbātur, quod imperandum militibus esset, a cervā sese monitum esse praedicābat. Ea cerva quodam die fūgit et perisse credita est. Cum aliquis Sertōrio nuntiavisset cervam inventam esse, Sertōrius eum iussit tacēre; praeterea praecēpit ut eam postero die repente in eum locum emitteret, in quo ipse cum amīcis futūrus esset. Postridie eius diēi Sertōrius, admissis amīcis in cubiculum suum, dixit eis **visum in somno** sibi esse cervam, quae perisset, ad se reverti. Cum cerva, emissa a servo, in cubiculum Sertōrii introrupisset, admiratio magna orta est.

XLVIII
LECTIO
DUODEQUINGAGESIMA

ΤΟ ΕΛΑΦΙ
ΤΟΥ
ΣΕΡΤΩΡΙΟΥ

Aulus Gellius
Noctes Atticae
15,22, 4-9
(διασκευή)

ΑΝΘΩΛΟΓΟΥΝΤΑΙ ΟΙ:

- Cornelius **Nepos** (110-25 π.Χ.): XI
- Marcus Tullius **Cicero** (106 – 43 π.Χ.): VI, XII, XXII, XXIV, XXVIII, XXX, XXXII, XXXIII, XXXVII, XLII, XLIV, XLVI
- **Iulius Caesar** (100-44 π.Χ.): VII, XV, XVI, XVII, XLV
- Gaius **Sallustius** Crispus (1^{ος} αι. π.Χ.): IV
- **Titus Livius** (64/59 π.Χ.-17 μ.Χ.): XVIII, XXXI, XLIII
- Publius **Vergilius** Maro (70–19 π.Χ.): [II], X
- **Valerius Maximus** (1^{ος} αι. μ.Χ.): XIII, XIV, XXXIV, XXXVI, XXXVIII, XL, XLIX, L
- Lucius Annaeus **Seneca** (4 π.Χ.–65 μ.Χ.): XXXV, XXXIX
- Gaius **Plinius** Secundus (23 μ.Χ.-25/8/79 μ.Χ.): XXV
- Gaius **Plinius** Caecilius Secundus (61-113 μ.Χ.): V, VIII, XXIII, XXVI
- Gaius **Suetonius**, Tranquillus (1^{ος} – 2^{ος} αι. μ. Χ.): XX
- **Aulus Gellius**, (2^{ος} αι. μ.Χ.): XXVII, XLI, XLVIII
- **Eutropius** (4^{ος} αι. μ.Χ.): IX, XIX
- **Servius** (4^{ος} αι. μ.Χ.): XXI
- **Macrobius** (5^{ος} αι. μ.Χ.): XXIX, XLVII

ΓΙΝΕΤΑΙ ΑΝΑΦΟΡΑ (σε κείμενα ή εισαγωγές) ΣΤΟΥΣ:

- Marcus Porcius **Cato** (234-149 π.Χ.): XXV
- Quintus **Horatius** Flaccus (65-27 π.Χ.):
εισαγωγή
- Publius **Ovidius** Naso (43 π.Χ.-17 μ.Χ.): I, III
- Cornelius **Tacitus** (56-120 μ.Χ.): VIII, XV

Ευχαριστώ για την προσοχή σας!

Δανάη Γεωργιάδου
ΕΜΕ Φιλολογικών Μαθημάτων - Υπεύθυνη ΟΑΠ Λατινικών

Λευκωσία, 28/2/2026